



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

5 De desperatione spei virtuti contraria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

Illorum est fundatum, & radix, ut dixit Trident. *eff. 6. c. 8.*  
Item si peccatum sit desperationis, spes amittitur, quia illi spe-  
cialiter est contrarium: sic supponunt omnes, ut videtur est in Suar.  
*disp. 1. de spe, eff. 8. in princ. Coninch. 19. disp. 19. dub. 11.*

## P V N C T V M I V.

## An sit, &amp; quando obliget praeceptum spei.

1. *Præceptum spei negatum semper obligat, affirmatum ali- quando.*
2. *Obligat quies necessarium est ad orationem, penitentiam, vel tentationem vincendam.*
3. *De directa obligatione proponuntur varie sententiae, sed refel- luntur.*
4. *Concluditur nullum esse tempus determinatum, sed prudentis arbitrio mensurandum esse.*
5. *De timore tam filiali, quam seruili est præceptum.*
6. *Sed non videtur esse præceptum de exercendis his actibus for- maliter.*
7. *Rarò homines nisi perditissimi executionem huius præcepti omittant.*

2. *Praeceptum spei & potest esse affirmatum, & negatum.*  
Negatum semper obligat, quia semper obligamus non desperare de diuina misericordia, & conscientia exteriora vita. Præceptum spei affirmatum non est constans apud Doctores quo tempore obligat, etiā apud omnes cum D. Thom. 22. q. 2. a. 1. sit præceptum aliquando obligatum, ex illo Psalm. 4. *Spatre in Domino & ad Titum 2. Expectantes beatam fidem, & ad Roman. 15. VI. per patientiam, & consolationem scripturarum spem habemus.* Non enim sine spes beatitudinis, beatitudini obtinere potest, et enim anchora firmissima nostra vita spiritualis. Et quidem si de tempore huius obligationis loquamur.

2. *Primum certum est obligare præceptum spei, quies sine illo debita oratio, penitentia, & tentationis victoria obtineri non potest, quia præceptum obligans ad aliquem finem, obligat simul ad ponenda media necessaria ad illum finem.* At hoc obligatio non tam est ex præcepto spei, quia ex præcepto penitentiae, orationis, & tentationis vincenda; ac proinde eius omissione non est specialiter contra spem, sed contra penitentiam, vel orationem, & ita non est in confessione manifestanda, sic Banne. 2. 2. q. 22. art. 1. dub. 2. Sanchez lib. 2. cap. 6. 3. n. 3. in me- dio & fine. Suar. *disp. 2. de spe, eff. 1. n. 2. & 3.*

3. *De directa autem obligatione spei plures censent adesse, cum primum rationis vnum asserunt, quia eo tempore teneris te ad Deum convertere, quod fieri non potest, qui in ipsius spes. sic Bannes 2. 2. q. 22. art. 1. dub. 2. Aragon. ibi. Petri de Le- delm. 2. tom. sum. tr. 2. c. 4. conc. 3. Ceterum hoc dictum non satisfacit, tum quia haec non est obligatio directa, sed conscientia, que si fieri posset sine spe, nullum de spe est ex præceptum. Tum quia conscientia perfecta videtur fieri posse sine speciali actu spei, eo ipso, quod Deus cognoscas ut summum bonum, illiusque ames super omnia; quod enim impedit potest; quoniam fides amor subsequatur, nullo actu spei formaliter, & distincte; sufficit enim regulariter actum spei medietate, ut dicamus spem inter fidem, & charitatem medium locum tenere. A de pro illo infa- tanti, si rationis non adesse hoc conversionis præceptum, secundum probabilem sententiam, sed necessarium est, ut tempus aliquod arbitrio prudentis decurrit. Ergo non adest directa spei obligatio: & ita tenet Valent. 2. 2. *disp. 2. q. 4. p. 1.* Sanchez lib. 2. *Decalog. exp. 33. n. 3.* Alij secundum dicunt te obligatum esse actum spei elicere, quies graui tentationis desperationis vexaris, nisi animum actu spei contra opio fimes, qui eodem precepto, quo teneris non desperare, teneris & sperare, quando sperare, medium est necessarium ne despicias. sic docent Banes 2. 2. q. 22. art. 1. dub. 2. Valent. p. 1. Sanchez n. 3. Bonacina *disp. 3. q. 3. p. 2. n. 2.* Fator hoc verisimil est, sed rogo, quando actus spei reputari posset medium necessarium ad vincendum desperationis tentationem? Quis enim hoc inuestigare poterit? cum sint plurima alia media a Deo instituta ad qualibet graui desperationis tentatione vincendum, tum oratio, tum consideratio, tum fides, tum amor, tum denique imaginationis diuersio. Non ergo hoc tempus obligationis est cognitio facile. Tertio alijs dicunt te obligatum esse spem habere, quies obligaris, vel vis aliquid a Deo petere; quia sive se consequendi periculum, non videris posse debite petere. sic Coninch. *disp. 19. dub. 9. n. 117.* Sed neque hoc dictum satisfacit. Primum quia sic non est obligatio directa spei, sed indirecta, quare non est medium necessarium ad orationem. Quod inde constat, quia si orationem debitam omittas, non peccas contra virtutem spei, sed contra religionem, cuius actum exercere tenebaris. Secundo, quia state optimè potest te obligatum esse ad orationem aliquam faciendam, noui tamen esse obligatum, neque indirecte ad habendum formalem actum spei, sufficit, si illum habebas implicitum, & vir- tualem, ut dixit Suarez *disp. 1. de spe, eff. 1. n. 2.* Qui enim petet a Deo beneficium aliquod, non teneris illud petere ex amo- re sui, & ex relatione ad beatitudinem sibi conuenientem po-*

test enim illud petere, & sperare consequi ex amore amicitiae, vel alio honesto fine. Non ergo obligatus elicere formalem actum spei.

4. Restat ergo, ut dicimus nullum esse tempus determinatum in quo huismodi præceptum obliget, sed prudentis arbitrio mensurandum esse, nec permittendum longo tempore differat. Suarez *disp. 2. de spe, eff. 1. num. 3.*

Regulariter huius præcepto positivo satisfaciunt, Primum satisfaciunt, cum de peccatis dolent, quia vix, aut nunquam omitunt auctum formalem spei, quo eriguntur, ut dicit Conc. *eff. 6. c. 6.* ad peccata defacta, nouamque vitam inchoandam. Secundū huius obligationis faciunt satis, cum propositum habent nunquam peccandi mortaliter: hoc enim propositum est aliquoties ex Dei amore perfecto procedat, sapientia illum gignunt ex amore imperfecte considerant enim aeternam retributionem, quam peccatis amittunt, & ex illius consideratione in spiritu vita aeterna, ut sibi conuenienter, eriguntur, & peccata defactantur. Neque enim in hac vita tot difficultatibus plena sine spes aliqua retributione sapientia repetita conservari homines possunt in divinitate gratia, aut longo tempore peccata vitare. Vide Coninch. *disp. 19. dub. 9. num. 114.*

5. Rursus de actu timoris inquit potest, an sit præceptum, & quando obligat? Ese quidem præceptum viderat satis colligi ex *Sapientia 1. vers. 27. & 28.* *Qui sine timore est, non poterit iustificari.* Cum autem iustificatione necessaria sit ad salutem, efficiunt sanè & timorem, sine qua ipsa esse non potest, necessarium est: & tradit D. Thom. 22. q. 22. art. 2. Sanchez lib. cap. 33. n. 3. Suar. *disp. 2. de spe, eff. 1. num. 4.*

Sed quia est duplex timor honestus, alius filialis, alius terribilis, de virtute mandatum est esse præceptum. Filialis timor Dei, quo ex amore Dei times, & fugis eius offensam, sicuti legitimus filius patrem timeret offendere, quia illum amore complebitur. Seruulis autem timor honestus est, quo times more feruorum offendere Deum ob penam, quam inde incurris, in quo affectu potius tua inculcitat, quam diuino honoris confusus. De virtuo ergo timore affuerunt D. Thom. Sanchez. & Suar. *supradicta præceptum.* Nam de timore filiali videatur traditum Deuteronom. 10. *Quid Dominus Deus tuus petat à te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum?* & seruuli timore Match. 10. & Luc. 12. illis verbis, cum timete, qui polliquam occidet, habet potestatis mittere in gehennam, & colligunt ex Trident. *eff. 6. cap. 6.* definitio ad iustificationem impiorum hanc timorem gehennam concurrendo.

6. Ceterum cum non timor necessarium non sit ad iustificationem impiorum aliquem ex his timoribus expressè, & formaliter concurrendo, sed sufficit, si virtualiter infit, ut notauit Valent. *disp. 2. de spe, q. 9. p. 2.* efficitur tamen nullum aucte præceptum expressum exercendi hoc timores formaliter. Sed tunc satis exercentur, cum opera alias præcepta executioni mandantur, sic Valent. *supradicta & Sanchez lib. 2. c. 33. n. 4.* Dices, sapientia graui tentatione vexatis, eamque vincis, timens ne Deum offendas, neve penam inferni incurras, alioquin non viciurus. Ergo huiusmodi timor obligat in praefecti calu. Responde obligare non ex præcepto speciali spei, & timoris, sed ex præcepto illius virtutis, aduersus quam tentatis. Quod manifeste probatur ex eo, quod si tentationi consentias, non aduersis virutem spei peccas, sed solùm aduersus illam virtutem, cuius erat tentatio, cuncte solam culpam teneris in confessione manifestast; quia ille defectus timoris honesti est condicio quadam generalis continentis animum a peccatis, scilicet diuinorum beneficiorum consideratio; ac proinde siue defectus huius considerationis non constituit specialem culpam neque etiam defectus timoris illam constituite potest.

7. Addo denique etiā de timore tam filiali, quam seruilli spei, præceptum, & formale daretur, credere tam, homines, nisi perditissimi sint, illius executionem omittentes. Nam cum hinc obligatio non pro singulis membris, neque annis debetur constitui, sed aliquoties tantum in vita prudentium arbitrio, ratiō omitti potest. Quis enim est, nisi depravatissimum sit, & Dei summe oblitus, qui aliquoties in vita non omittat. Dei offendit, cum ob Dei bonitatem, & amorem, rum ob penas inferni vici das, quique non dolet de peccatis his motu excusat. Ergo non sunt in huius præcepti executione scrupuli iniiciendi.

## P V N C T V M V.

## De desperatione spei virtuti contraria.

1. *Definatur desperatione.*
2. *Neque in actu iudicium, quo iudicas te non esse salvandum, neque in molitione beatitudinem constituit desperatione.*
3. *In quo desperatione formaliter consistat.*
4. *Presupponit iudicium vel de difficultate, vel de impossibilitate beatitudinis.*
5. *Desperatione semper est mortale peccatum.*
6. *Quid dicendum de illo, cui Deus suam damnationem resulat.*
7. *Negatur possibilitas easius.*

2. Ab aliis Doctoribus admittitur falso de potentia Dei.  
 3. Illo casu admissio expenditur aliorum placitum de desperatione.  
 10. Quid dicendum sit explicatur.

**D**efinitio desperationis desumi debet ex contrarieatate quae habet cum spe. Quare cum spem dixerimus confitite in voluntate efficaci obtinendit beatitudinem, illamque procurandi, desperationis consistit in voluntate efficaci, volendi beatitudinis persecutionem, sic enim desperationis specie erit directe contra.

2. Ut autem hoc pleniū intelligatur, aduentum est aliquos affirmare desperationem confundere aut in nolitione beatitudinis, sicut spes consistit in illius volitione aut desperationem confundere in actu intellectus, quo iudicas te non esse saluandum, sicut spes supponit actum fidei, quo credis saluari posse. Sic Almainstrat. mor. cap. 1. Ceterum hic modus explicandi desperationem communiter a Doctoribus reficitur. Primum enim confundere non potest in nolitione beatitudinis. Tum quia nullus est, qui beatitudinem possit nolle cum in beatitudine nulla ratio maius apprehendatur, qua est fuga obiectum, vt bene dixit Valg. 1. 2. disp. 19. num. 7. Tum quia desperatione est solùm illius rei, quam aliquis vult, & appetit sequi. Ergo si de facto non vis beatitudinem, quia tibi ex aliqua ignorantia non placet, illam non desperas, sed tanquam malam respuis. Secundum in actu intellectus, quo iudicas te non esse saluandum, confundere desperatione nequaquam potest, quia desperatio est contrafactualis (spei), & cum spes sit in voluntate, desperatione in eadem potentia refertur. Deinde vel iudicas te non esse saluandum, quantumcumque cum diuina gratia adiutor facias quod possis, vel iudicas non esse saluandum, quia determinas media necessaria ad salutem non apponere. Primum iudicium est hereticum, ut proinde in illo desperatione confundere non potest, alias desperatio cum haereti confundetur, contra receptam sententiam distinguenter desperationem ab heresi, & affirmante manere posse fidem in homine absque spe proper peccatum desperationis. Secundum iudicium est hereticum non sit, non confundere desperationem, sed ad summum desperationis supponitum posito illo iudicio adhuc non cogitis desperationem ab illo iudicio non necessitatis, sed potius poteris dicere, faciam quantum potuero, vt saluer. Ergo in illo iudicio desperatione confundere non potest. Regulariter autem ex illo iudicio sequitur desperatione, vt bene dixit Suarez disp. 2. de spe, sect. 2. n. 2. Sanchez lib. 3. cap. 33. n. 6. Adde nullum ex his iudiciis ad desperationem necessario requiri, sed aliud iudicium efformatum de difficultate beatitudinis consequenda sufficit ad illius desperationem.

3. Dicendum ergo est desperationem confundere in duplicitate voluntatis, vel in uno actu cum duplicitate respectu. Primum consistit in quadam voluntate efficaci, & positiva omitendi pro tota vita media necessaria ad salutem, quia tibi difficilia apparent, & tuis appetitis sunt contraria. Secundum consistit in ipsiusmet beatitudini fuga, & recessu, quatenus enim ille actus beatitudinem recipit, dicitur propriè desperatione, quia beatitudinem desperat, qui non vult illam profequi, quatenus vero recipit mediiorum excusione, quae ad beatitudinem requiruntur, dicitur nolitus, quia absolute non vult media beatitudini necessaria equi. Sic Coninch. disp. 20. dub. 10. à n. 7.

4. Hinc infertur ad desperationem sufficere iudicium, quo iudices beatitudinem consecutionem tibi esse arduanam, & difficultem, cum ex hoc iudicio moueri possis ad nolendum illam procurare, & consequenter ad desperandam illius consecutionem. sic Coninch. n. 81. Debet tamen, yr bene notat ipse Coninch. n. 82. carete te beatitudinem esse, confeuerum. Nam hoc iudicium stante desperare nequam posse, sed potius sperare tibi necessarium esse, si aliquem actum elicueris eras. Aliquando desperatione oritur ex iudicio falso, & errore, quo iudicas tuam salutem impossibilem, si ex hoc iudicio nascatur, supponit heresim, si ex aliis iudiciorum ortum habeat, supponit te nimis peccato deditum. Iuxta illud ad Ephes. 4. Desperantes semper tradiderunt impunitis, in operationem immundis omnes in auaritiam, & illud Item. 18. Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus.

5. Sed inquire, an desperatio semper sit mortale peccatum? Affirmant omnes respondent, vt testatur Sanch. l. 2. cap. 13. n. 3. Suarez disp. 2. sect. 2. n. 4. Valent. disp. 2. q. 5. p. 1. circa finem. Et ratio est manifesta, quia non potest inueniri prauitas materie in voluntate deficiendi integrè ad profectione eternæ vitæ.

6. Sed adversus hanc resolutionem obstat vulgaris casus de eo, cui Deus fore condemnandum revelaret, quia hic non videatur peccarus in desperatione, siquidem iam illam sperare non potest, ut potest certè sciens non confeueritis: nam, vt dixit D. August. in embrid. cap. 8. Quid sperari potest, quod non creditur? Quasi diceret, si non credis confeuerum beatitudinem, quomodo illam sperare potes? Ergo non peccas in illius desperatione, cum desperatio nihil aliud sit, quam voluntas non prosequendi, seu conandi ad beatitudinem.

7. Facilius erat huius argumenti solutio, si casum esset possibilem negare. vt negat Bonavent. 1. distinctione ultima, circa litteram & Ibi Gregor. questione ultima paulò ante fin. D. Thom. ibid.

E st. de Castro sum. Mor. Pars 1.

art. 4. ad 2. vocat casum quasi impossibilem Dionys. Richel. dialog. de iud. anima art. 5. Alciphod. lib. 3. tr. c. 6. q. 5. paulò ante fin. Et mouentur, quia talis reuelatio diuina bonitati, & sapientiae repugnat. Tum quia constituit hominem in occasione vehementi del perandi de ciuina misericordia, & committendi plurima peccata, cum quia impedit seruum, & fortem conatum in beatitudinem quem habere non potest, si sciat beatitudinem non esse consequatur.

8. At plures D. hunc casum esse possibilem admittunt saltem de potentia Dei, sic relato D. Thom. Maior. & Gabr. docent Suar. disp. 2. de spe, sect. 2. n. 6. Coninch. disp. 20. dub. 12. n. 91. V. q. 1. 2. disp. 72. n. 15. Bonac. disp. 3. q. 3. p. 2. n. 4. Lora 2. 2. q. 22. art. 1. sect. 2. disp. 18. & alij. Et mouentur, quia in hoc nulla videtur implicatio, nec repugniantiam licet ille homo ex tali reuelatione constituantur in grauissima, & vehementi occasione peccata multiplicandi, & de diuina misericordia desperandi. Deo illa peccata non sunt tribuenda, quia ipse Deus obligatus non erat illa impedire, aut a tali reuelatione, & occasione cessare, cum grauissima causa motus, scilicet ostensione diuina iustitiae id efficerit. Quoties ergo peccata ex aliquid actione per accidens sequuntur, & praeter ipsius intentionem, ipsi non tribuuntur, si obligatus non fuit ab actione cessare. Item ex illa reuelatione nequaquam impeditur habere firmum conatum in beatitudinem, quantum est ex parte sua licet attenta humana fragilitate sit difficillimum. Ergo ex nullo capite implicat talis reuelatio, præcipue si fiat homini peccatori in vindictam peccati commissi, & ad terrorem alii incitendum.

Dixi, reuelationem posse fieri præcipue homini peccatori in vindictam peccati commissi. Nam iusto vix credo posse posse talem reuelationem fieri, quia nulla videtur adesse honesta causa, quia Deus moueat illam ponere in amico suo. Nam præcipue, & potissimum causa, que excoigitari potest, est peccati propriæ vindicta, quia in homine iusto non habeat locum. sic Coninch. disp. 20. dub. 12. n. 37. Et confirmo. Quæ enim implicatio esse potest, est quod Antichristus reuelatio sua impenitentia finalis, & æterna damnatio, siquidem illa in impenitentia non ex reuelatione, sed ex malitia illius provenire debet, eodem modo, ac si nulla esset facta reuelatio, quia reuelatio, hec & scientia Dei, non immutat caularum operationem, sed portat illam obiectum supponit.

9. Posito ergo Deum aliqui suam damnationem absoluntam reuelasse, quod od tard. vel nunquam presumendum est fieri arguendo relpödet Coninch. disp. 20. dub. 13. conel. 2. n. 109. Bonacina disputatione, questione 3. part. 2. numer. 4. concedendo totum, & affirmando desperationem tunc non esse peccatum, si procedat ex iudicio; que credis illam non esse ex tua infirmitate coneturum, non ex iudicio quo credas misericordiam. Dei paratam non est. Quod probant, quia sciens abolitur tuam condemnationem sperare non potes alter eis futurum. Ergo licet desperas, quia voluntas non sperandi, est desperatione formaliter. Hæc autem desperatione non est intrinsecè mala, sed illa solidum est mala, quæ esset de Deo, eiisque misericordia. Dices. Ergo inde inferitur me non teneri, in dñe, nec posse ad beatitudinem conari, quia serius conatus ad beatitudinem esse non potest, cum iudicio certo de illius non coneturum. Item infertur me non peccarum consentientem tentationi, quia hanc vincere non possum sine serio conatu ad beatitudinem, quam tamen habere non debeo; Coninch. disp. 20. 100. dub. 12. 13. & 14. sequelam admittit, morus, ea præcipue ratione, quia ad seruum conatum ad beatitudinem requiritur neccarij indicare probabilitatem tibi esse possibilem beatitudinem consequi; qui certè seit non esse illam consequetur, non potest indicare probabilitatem esse sibi possibile illam consequi. Ergo non potest ad illam efficaciter moueri. Secundam consequentiam latè disputat Coninch. dub. 14. & ob illa affirmat nemini posse reuelari a Deo proprij, & speciale peccatum in aliquo determinato tempore faciendum, ob quod sit condemnandus quia ex rali reuelatione tolleretur serius conatus, qui neccarij est ad vitandum illud; ac proinde impeditur moraliter potentia illud vitandi, & consequenter cessare ratio peccati. Quod si obicias, ex præscientia Dei de tuo peccato futuro non impeditur tua liberitas ad illud vitandum. Ergo neque etiam ex illa præscientia tibi manifestata, cum semper obiectum supponas, & modum operandi non immutes; Respondebat Coninch. dub. 14. n. 137 negando consequentiam, & rationem differentiationis assignat, quia præscientia Dei nihil in re causat; at reuelatio, causat iudicium, quo iudicas te peccatum esse vitatum impossibile, & consequenter tollit vites, & conatum ad illud vitandum.

10. Ceterum alter respondendum censeo. Affirmo namque cum iudicio certo de damnatione posse quantum est ex parte tua seruum conatum habere pro illius consecutione, qui illa damnatio non evenit ex aliqua causa, quæ tibi neccarij inferat, sed evenit ex tua libera voluntate te ad peccatum determinante. Ergo antecedenter ad illius determinationem conari potes, vt te non determinares quid enim impedit; Non iudicis, quo iudicas te non evitaturum, quia hoc iudicium supponit tuam liberam determinationem, cum omnibus causis, quæ ad illam concurrant, & cum omnibus hæc vim, & neccarij voluntati non inferant, iudicas te libere esse determinandum. Ergo cum hoc iudicio state potes aliud iudicium, quo iudicares te posse non determinari, acque adeò possibile esse tibi non condemnari. Ergo seruum conatum habere

Mm 3 potea

potes pro vitando peccato, & condemnatione. Dices ad aliquem finem consequendum te non posse eligere medium quod hic, & nunc iniuste reputas ad illius confessionem. Ergo non poteris serio, & constanter eligere medium ad vitandum peccatum, & condemnationem, quod attentis his circumstantiis iniuste reputas. Respondeo, quando iniustitas medijs, aliunde, quam ex tua voluntate prouenit, fateor te serio, & efficaciter conari non posse ad finis confessionem pro illo medio. At si medium esse iniuste non aliunde quam ex tua voluntate prouenit, optimè poteris conari finis confessionem medio illo, cum hoc obiectum non excedat tuam voluntatem, & potentiam.

## PUNCTVM VI.

De praesumptione, quæ virtuti spei contraria est.

1. Quotupliciter praesumptio sumitur.
2. Graue est peccatum.
3. Praesumptio contraria spei quibus modis committatur.
4. Quia praesumptione amittitur spes.

1. Praesumptio multipliciter sumitur. Primo pro spe, & fiducia consequendi à Deo auxilium opportunum, iuxta illud Iudith 6. Non derelinquis praesumentes de te, & cap. 9. Exaudi me miserans deprecentem, & de tua venia praesumentem. Secundo sumitur praesumptio pro iudicio ex conjecturis formatu, quod pro qualitate conjecturarum aliquando est certum, aliquid probabile. Hinc orta est communis iurisperitorum distinctio praesumptionis in violentam, vehementem, & levem, de qua in vlt. disputar. preced. tractat. late diximus. Tertio sumitur praesumptio pro iusto opposito humiliati, & magnanimitati, de quo D. Thom. q. 150. Quarto sumitur praesumptio pro iusto opposito virtutis Theologicae spei. De praesumptione secundum hanc ultimam acceptiōnem est in praefenti agendum. Est ergo haec praesumptio spes obtinendi à Deo gratiam, & gloriam, etiā quae supernatura dona, alter quam ipse obtinenda sunt. sic omnes DD. cum D. Thom. 2.2. q. 21. Cum enim spes sit voluntas obtinendi à Deo gratiam, & gloriam, medis ab ipso institutis, & praesumptio alia via obtinetur intendat, spes opponitur.

2. Hanc autem esse grauitatum peccatum constat, cum ex Ecclef. 18. Vidi praesumptionem cordis eorum, quam mala est; tum ex manifesta ratione, quia voluntas obtinendi dona supernatura præter ordinem divina prouidentia & est illusoria, iniustis, & diuina sapientia, & potentia contraria. Ergo habet malitiam ita grauem, ut nisi ex defectu plena deliberationis excusari non possit à mortali. sic Bannes 2.2. disp. q. 22. dub. 2. Valent. disput. 2. q. 3. p. 2. Sanch. lib. 2. c. 33. n. 7. ver. est que semper. Bonac. disp. 3. q. 3.

de spe p. i. n. 5. Azor. 1. p. lib. 9. c. 2. q. 7. Tolct. lib. 4. c. 7. num. 9. & ali apud ipsos.

3. Haec praesumptio contraria spei theologicæ multipliciter committi potest. Primo si praesumas, ut Pelagius, propriis viibus beatitudinem consequi. Ad idem est, si spem colloces in creaturis, tanquam in auxilio sufficientem ex se ad salutem, quia nulla creature nisi cum Dei adiutorio salutem tibi imperit potest. At inuocare creature, & in illorum praesencia sperare, ut simul cum Deo te adiuvent, etiam Dei expressæ memor non sis, nulla praesumptio est, quia sufficiunt virtute, & interpretatiōne Deum in adiutorio expostulari. sic aliis relatis Sanchez. lib. 2. c. 33. n. 7. Secundo committi potest praesumptio, si, ut Lutherus, praesumas sine penitentia remissionem peccatorum, & sine meritis gloriam obtinere. Ad idem reduci potest, si ea spes obtinendi in vita pecatorum remissionem, differas penitentie, quia nimis de divina misericordia praesumis, siquidem praesumis misericordiam obtinere, divinam misericordiam irritando. Non enim iustum est, ut misericordiam inueniat qui ex illa occasione sumptu multiplicandi peccata, ex qua debebat à peccato abstinerre. At hoc peccatum credo non esse propriæ contra spem, siquidem non spes misericordiam consequi medijs peccatis de praesenti commissis, sed penitentia illorum, quam existimas facturas diuina gratia adiutor. Etiam tamen hoc peccatum contra virtutem penitentia, si illam differat vltra tempus obligationis, & contra alias virtutes si in contrariis virtutis persecutore intendis. sic Sanchez. lib. 2. c. 33. n. 7. Bonac. disp. 3. q. 3. de spe p. i. n. 5.

4. Sed inquires, ut hoc peccatum praesumptionis ita sit contradictionem spei, ut illam corrumpat? Respondeo si more Pelagi & Lutheri praesumas, credens propriis virtibus, vel sine meritis beatitudinem consecutum manifestū est te amittere spem, quia amitis fidem, sine qua spes non est, neque illa virtus, & docent omnes. At haec amitio virtutis (pei non proueniēt propriæ ex praesumptione contraria spei, sed ex hatere, quæ praesumptionem antecedit). Quocirca haec praesumptio sine iudicio errore intellectus habetur, ut communiter haberi solet, cum ita spes beatitudinem consequi, ac si illam propriis virtibus, vel sine meritis indicates assequendas spem non destruis, eti illi adsereris per excellum, quia non per quodcumque peccatum spes contrarium perit (spes, sicut neque fides per quacumque infidelitatem, ut bene notauit Coninch. 2.2. disp. 16. dub. 4. in princ. n. 5. sed per folium illud peccatum, quo cum compati nulla ratione potest spes, quod non est aliud nisi desperatio). Cum praesumptione autem sceluso errorè intellectus optimè compati potest spes, cum tam spes, quam praesumptio conueniant in obiectu formaliter sperato, quod est beatitudine, ut bonum proprium, & sollem differentia, quia diverso modo illam consequi sperant. sic Suar. disp. 2. de spe, sed. 1. n. 4. Valent. 2.2. disp. 2. q. 3. p. 2. Turrian. q. 21. art. 2. Coninch. disp. 2. dub. 15. n. 149. Sanchez lib. 2. c. 33. n. 5.

TRA